tuis successorum legatione, intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictionem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vero proximos Officionem praefatum Castren Capitan Premysliens sive etiam Castren Capitan Belzen terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes accanem proroccutiones faciendo, ac praemissa omnia praenis simplicibus vel triplicatis, eccasionibus suspensionibus, fatalijs Juris praescriptione terrestri vello conventioneque ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo aliquovis evadendo. His suis praesen personalibus recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Feria Quarta post Dominicam oculi Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo.

23 III

Staniszewski Piaseckim Coniugibus obligat et Statuet.

1052 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen Castren Capitanealibus Premyslien Generosus Nicolaus Staniszewski, sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesentique Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quoad hanc huncatinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo, palam libere publice

blice ac per expressum recognovit Quia ipse suo et Gnosae Cristinae de
Michalowice Consortis suae legitimae pro eiusdem habitione caveat eo se
praesentibus in seniori nomine bona sua sibi subiecta, nempe vulgo
Sirmatycza, item Pomiarkowska Obrana Dawnieyszego poczyna-
iącego się od stawu Molnarskiego, Ogrodowska, item Sierema-
rowski, i drugi Wasilkowski in bonis Villae Molczany, Terrae et
Districtus praesentis Premysliensi iacentia et consistentia, cum omni eorundem
eorundemque iure Dominio proprietate titulo obligatorio, omnibusque
et singulis eorundem bonorum utilitatibus, fructibus, proventibus, redditi-
bus, commodis, emolumentis, obventionibus, item cum luna pratis
campis, sylvis, fundis, nemoribus, gaijs, indaginibus, rubetis vepre-
tibus, virgultis merica, piscinis, fluvijs, fluminibus, torrentibus, hor-
tis pomarijs, sepibus sepimentis, structuris et aedificijs quibusvis
nec non subditis in Interaisa eo nomine conscripta specificatis
et ad eadem bona superius recensita spectantibus et pertinentibus eorundemque la-
boribus, censibus dationibus, vecturis, munijs, officijs et obve-
ntijs quibuscunque attinentijs et pertinentijs generaliter uni-
versis, nihil ex promissis Iuris, Dominij proprietati ac cuiusvis
competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisque successori-
bus, aut quoquam alio reservando, seu excipiendo, remanendo
late longe circumferentialiterque, prout eadem bonorum he-
reditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et ob-
tenebit, et prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit,
habuit, et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem legitime
serviebant. Iam exnunc et de facto Nobilibus Christophe-
ro Piasecki et Ursulae de Słotwina Coniugibus legitimis,
et eorum successoribus in summa sexcentorum florenorum
Polonicalium iam per se Recognoscentem levata et realiter
percepta, de qua praesentibus quietatur, hinc et a data prae-
senti ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno
Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio proxime ven-
turum

tinem incidens, et in defectu prouentu eorundem bonorum exemptionis, summaeq memoratae sexcentorum florenorum polonicalium, totalis et integrae realis persolutionis, exinde de anno ad annum, festo ad festum, pro simili die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli; se se determinato, Annis et festis se se continue et immediate sequentibus usque ad exemptionem bonorum eorundem summaeque memoratae totalis et integrae realem et effectivam persolutionem obligauit inscripsit et intadiauit, prout obligat inscribit, et intadiat praesentibus. In quae quidem bona suprascripta praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et intadiata, tam ex nunc et de facto is idem Regnis Dominus Nicolaus Szaniszewski, praefatis Nobilibus Christophoro et Vrsulae Piaseckim Coniugibus Obligatarijs suis eorumque posteris coram officio praesenti; dat et admittit realem Intromissionem, et actualem Possessionem pacificamque per Ministerialem quemcunque Competentem et Nobiles duos alios quacunque voluerint efficiose acceptandam. Seu ipsos Nobiles Piaseckie Coniuges obligatarios suos ipsorumque posteros, hos eadem bona praemissaque omnia, praesentibus intadiata cum vniuersis eorum vtilitatibus et vsufructibus, attinentijsque et pertinentijs generaliter omnibus tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice vtifruendi; ac ad vsus suos suorumque successorum quosuis bene placitos libere et effectualiter conuertendi modo ac Iure obligatorio. Debebitque et tenebitur memoratus Recognoscens, prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniarijs quibusuis, habitis et habendis eisdem suprascriptis Nobilibus Piaseckim Coniugibus obligatarijs suis inscribit et obligat praesentibus.

praesen. ipsos et eorum successores in dictis bonis praemissisque omnibus prae-
sentibus per se Recognoscentem inviadiatis, et ratione eorundem omnium ab
omni equavis impetitione Iuridica, quarumcunque personarum cuiuscunque condi-
tionis status et sexus cuiusuis existen. in omni Iudicio et officio Regni
semper totiens quoties opus fuerit, tueri defendere eximere intercedere et
eliberare, indemnesque cum posteris reddere, nec non haec eadem bona prae-
missaque omnia, praesen. per se Recognoscentem obligata et inviadiata ab omni-
bus in genere Iuribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus su-
per praemissa omnia modo quouis cuicunque personarum facti et fien-
endis, hinc etiam a quibusuis ... super eadem bona suprascripta
modo quocunque importatis et importandis, Iuris Terrestris et Castrensis denique
et ... processibusque Iuris quibusuis, in quocunque puncto et gradu
Iuris defenden. et in quovis Iudicio et officio Regni obtenti et obtinen.
... super praemissis omnibus praesen. obligatis ... et perducen. emun-
dare et eliberare, munda et libera semper facere, ac etiam intromis-
sionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum
eorundem praesentibus inviadiationem dum permittent competentem et
Nobiles duos officiose requirentes non denegare, imo debebit et
tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere. Dareque et
admissa eadem, possessionem et usum fructum praemissorum omnium
praesen. inviadiatorum, quouis modo tam per se, quam per suas quasuis
submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere. Ipsosque
obligatarios suos, et illorum posteros in praemissis omnibus praesen.
obligatis, nullo modo iniuriari, ita ut haec eadem bona praemissaque
omnia praesen. inviadiata ijdem obligatarij sui cum suis posteris qui-
ete et pacifice praesentis Inscriptionis obligationis, vigore tenere, habere
et possidere queant, illisque utifrui possint usque ad exemptionem bono-
rum eorundem, summaeque memoratae totalis et integrae realem et effecti-
vam persolutionem, Idque sub vadio summae sexaginta millium flore-
norum polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius suc-
cessores suprascriptis obligatarijs suis, ipsorumque successoribus ob
non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in prae-

sentem

quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Nihilominus is idem Recognoscens Generosus Nicolaus Staniszewski debebit et tenebitur, prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniarijs quibusvis habitis et habendis suprascriptis Nobilibus Christophero Piasecki et Ursulae de Slotwina Coniugibus legitimis eorumq posteris inscribit et obligat praenominatam Nobilem Cristinam de Michalowice Consortem suam legitimam cum personali sui assistentia intra decursum duodecim septimanarum, ad approbandum per ipsam Inscriptionem praesentem obligatoriam, vel similem aliam suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia, vel in eventum mortis successores illius adducere et personaliter statuere ab eaq velc eius Successoribus, ut praemissa indubitate exequantur efficere ideoq sub alio simili et speciali Vadio summae Sexcentorum florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius posteros suprascriptis Nobilibus Piaseckim Coniugibus vel eorum Successoribus ob non statuitionem eiusdem Generosae Michalowska Consortis suae statuendae, vel in eventum mortis successorum illorum pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem Vadio vel Vadijs modo praemisso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua ex praemissis non Complem Complenda Consorteq sua suprascripta non statuta statuenda Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Nicolaus Staniszewski sive eius Successores ad Instantiam praefatorum Nobilium Christopheri Piasecki et Ursulae de Slotwina Coniugum legitimorum obligatoriorum suorum, vel eorum successorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc receptum praescripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tamquam peremptorio stare, Iuri

parere

parere, respondere vadium vel vadia praetacta luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seq. ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praedictis. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Castren. eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictionem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vel ultra proximos officij praefati Castren. Capitan. Premysliens. Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq. motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo. ac praemissa omnia poenis simplicibus vel duplicatis evasionibus suspensionibus fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello conventionesq. ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo aliquo quovis evadendo Haec sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Iidem mutuo inter se Roborant et Cosortes statuent. 1053

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premysliensibus Generosi Nicolaus Staniszewski ab una et Nobilis Christophorus Piasecki parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes à Terris, Districtibus, Iuribus, Iuris dictionibusq. Suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq. subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro Interesse recognovit. Quia ipsi et quisq. Generosus Staniszewski suo et Generoso Cristino De Michalowice, per fatus quoq.

Nobilis